



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensio Abbatiae Imperialis S. Maximini

Zyllesius, Nicolaus

Treveris, 1638

55. Inestitura Ioannis Abbatis S. Maximini facta ab Archiepiscopo Treuirensi nomine & mandato Cæsaris & Imperij, Anno MDXXVI. Cum adiuncto mandato ad Vasallos Abbatiae S. Maximini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14268

thoritate, quod sæpofatus Abbas in omnibus & fingulis fuis & Monafterij fui Oppidis, Suburbis, Vicis, Pagis, Caftis, Caftellis, Curis, Villis, Dominiis, Territoriis, & diftrictibus, etiam fluminibus & ripis, ac locis aliis, quæ ipfe Abbas diuifim aut communiter habet & poffidet, feu habere & poffidere deberet, Regalia, temporalia & feuda huiusmodi cum fuis honoribus, præminentis, libertatibus, priuilegiis, prærogatiuis, iuribus, confuetudinibus, obferuantis, pertinentis & attinentis quibufcunq; & qualibufcunq; meroque & mixto Imperio ac exercitio Iurisdictionis temporalis, habere & exercere, illisque vti valeat, quemadmodum fui Prædeceffores Abbates habuerunt & exercuerunt, illisque vfi funt, feu habere, exercere, & vti quomodolibet potuerunt & debuerunt, Mandantes propterea nomine & auctoritate fapeditis, vniuerfis & fingulis Vafallis & fidelibus, Comitibus, Baronibus, militibus, Nobilibus, Equitibus & ministerialibus, Gubernatoribus & Rectoribus, Burggrauis, Schultetis, Maioribus, Præpofitis, Iufticiariis, Centurionibus, Aduocatis feu Officialibus, Ciuibus, Oppidanis, Suburbanis, Colonis, Curtariis ac Subditis quibufcunq; fapediti Monafterii, cuiufcunq; dignitatis, gradus, Status feu Conditionis exiftant, Quatenus præfato Vincentio Abbati, tanquam vero, naturali, Recto, Ordinario & legitimo Domino fuo in omnibus & fingulis Regalia, temporalia & feuda huiusmodi, merumque ac mixtum Imperia ac temporalis Iurisdictionis exercitium, feu alia præmiſſa quomodolibet concernentibus, debire & reuenter obediant & pareant in omnibus, Contradictione, difficultate & impedimento planè poſtpoſitis, Iure tamen Imperii & aliorum alias, & Eccleſiæ noſtræ ſemper ſaluo, in quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præſentes noſtras litteras exinde fieri, noſtrique Sigilli iuſſum appenſione communiti. Datum in Ciuitate noſtra Treurenſi decima octaua die menſis Ianuarii, Anno Domini 1514. iuxta morem ſcribendi in Ciuitate & Diceceſi noſtris Treurenſi. Et Nos Vincentius Abbas Monafterii Sancti Maximini prædicti in fidem & teſtimonium præmiſſorum Sigillum noſtrum præſentibus appendi fecimus. Datum Anno Domini & die ſupradictis.

55.

Inueſtitura Ioannis Abbatis S. Maximini facta ab Archiepifcopo Treurenſi, nomine & mandato Ceſaris & Imperij, Anno MDXXV I. cum adiuncto mandato ad Vafallos Abbatie S. Maximini.

RICHARDVS DEI gratia ſanctæ Treurenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Saceri Romani Imperii per Galliam et Regnum Arelatenſe Archicancellarius ac Princeps Elector, ad futuram rei memoriam, Vniuerſis & ſingulis præſentibus & futuris notum facimus, Quia Sereniſſimus & Inuictiſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Carolus Quintus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Dñs noſter gratioſiſſimus, nuper nobis & Succelloribus noſtris, vt ſcilicet Treuitorum Archiepiſc. pro tempore Abbati Monafterij Sancti Maximini extra muros Ciuitatis noſtræ Treurenſi. Ordinis Sancti Benedicti, Regalia, temporalia & feuda quæcunq; ſui Monafterii concedere, deque eiſdem Abbates ipſos infeudare & inueſtire Imperatoris ſeu Regis nomine & auctori-

tate

tate valeant, perpetuò indulget, vti in Regijs nobis & Successoribus nostris nuper datis litteris claret, huiusmodi Regiarum litterarum vigore comparuit coram nobis in propria personâ Venerabilis & Religiosus nobis in Christo deuotus, dilectusque Ioannes modernus Abbas supramemorati Monasterii S. Maximini (quod insigne Sacri Romani Imperii membrum existit) humilis & instans petit, quatenus sibi Regalia, temporalia & feuda Monasterii sui, quæ ab eodem Sacro Imperio sui prædecessores Abbates antehac habuissent & tenuissent, & tenere debuissent, concedere, ipsumque de eisdem infeudare & inuestire dignemur: Nos itaque recepto prius ab eodem Ioanne Abbate & nobis præstito fidelitatis, subiectionis, & obedientiæ Iuramento debito & consueto, Regis nomine & auctoritate supra memoratâ, eidem Abbati Regalia, temporalia & feuda huiusmodi concessimus, ipsumque de eisdem infeudauimus & inuestiuimus, ac concedimus, & infeudamus, & inuestimus per præsentem, decernentes eisdem nomine & auctoritate, quod sæpefatus Abbas in omnibus & singulis suis & Monasterij sui Oppidis, Suburbij, Vicis, Pagis, Castris, Castellis, Curijs, Villis, Dominijs, Territorijs & districtibus, etiam fluminibus & ripis ac locis alijs, quæ ipse Abbas diuisim aut commune habet & possidet seu habere & possidere deberet, Regalia, temporalia & feuda huiusmodi cum suis honoribus, præminentijs, libertatibus, priuilegijs, prærogatiuis, Iuribus, consuetudinibus, obseruantijs, pertinentijs & attinentijs quibuscunque & qualibuscunque, merito & mixto Imperijs ac exercitio Iurisdictionis temporalis habere & exercere, illisque vti valeant, quemadmodum sui prædecessores Abbates & habuerunt & exercuerunt, illisque vsi sunt, seu exercere, habere, et vti quomodolibet potuerunt, aut debuerunt. Mandantes propterea, nomine et auctoritate supradicti vniversis et singulis Vassallis et fidelibus, Comitibus et Baronibus, militibus, Nobilibus, Equitibus & ministerialibus, Gubernatoribus, Rectoribus, Burggrauijs, Schultetis, Maioribus, Præpositis, Iusticiarijs, Centurionibus, Aduocatis, & Officialibus, Ciuibus, Oppidanis, Suburbanis, Colonis, Curtarijs et subditis quibuscunque sæpedicti Monasterij cuiuscunque dignitatis, gradus, status, seu conditionis existant, Quatenus Iohanni Abbati, tanquam vero, naturali, recto, ordinario, & legitimo suo Domino in omnibus & singulis Regalia, temporalia & feuda huiusmodi, merum quoque & mixtum Imperia ac temporalis Iurisdictionis exercitium, seu alia præmissa quomodolibet concernentibus, debitè & reuerenter obediant & pareant; omnibus, contradictione, difficultate & impedimento planè postpositis, Iure tamen Imperii, & aliorum aliàs & Ecclesiæ nostræ semper saluo. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium, præsentem nostras litteras exinde fieri, nostrique sigilli iussimus appensione communiri. Datum Palatioli, decima septima die mensis Aprilis, Anno Domini millesimo, quingentesimo vigesimo sexto.

Mandatum ad Vassallos Abbatie S. Maximini.

Wir Richardt von Gottes gnaden Erzbischoff zu Trier / des Heilige Römischen Reichs durch Gallien / vnd dem Königreich Arleten Erzkanzler / vnd Churfürst Embieten / Euch Lehmannen / Grauen / Freyherrn / Rittern / Edeln / Knechten / Wapfflingen / Dienstleuthen / vnd andern / auch allen vnnnd jeglichen Guberneren / Regiereren / Ambleuthen / Burggrauen / Schultheissen / Probstern / Meyeren / Richtern / Vogten / geschwornen Rendantmeistern / Schöffneren / Zentnern / Schöffnen /

Bürgern/angehörigen/Zins Hoffsbaw/oder Hoffleuthen/Vnderthanen/oder zuge-
gewandten des löblichen Gottshaus S. Maximini Closters vffent vnser Statt Trier
gelegen vnser gunst vnd gnad: Vnd thun euch hiemit zu wissen/ das würdige vnd geist-
liche/vnser lieber/ andechtiger Johan Abt des Gottshaus obgemelt/ auß krafft Röm.
Königlicher alter vnd neuer beuelch/ vnd Brieff/ vnd sonderlichen von dem aller durch-
leuchtigsten/großmechtigsten Fürsten/vnserm allergnedigsten Herrn / Herrn Carolo
Röm. Käyser/zu allen zeiten mehrer des Reichs/ 2c. Vns beschehen vnd zugesandt sein
Regalia Weltlichkeit/Lehn/ von obgemeltem H. Reich herrührende von Vns in nahmen
vnd von wegen des jetzigen vnser allergnedigsten Herrn vnd des Heiligen Reichs emp-
fangen hatt/ solche Röm. Kayserl. Brieffen vnd Beuelch nach/ bey hoher/ schweren
vngnaden vnd poenen daruff gesetzt/ gebietthen Wir ernstlich euch abgeandten/ allen
vnd jeglichen/ das ihr vnd ewer jeglicher von euch nach seinem gebärde dem gedachten
Johann Abt/ von seines Gottshaus wegen/ als ewerem wahrlichen/ Rechten/ Natürli-
chen vnd ordentlichen Herrn mit empfangnuß vnd erkandnuß der gelübden/ eiden/ hül-
den/ trewen/ pflichten/ diensten/ Renten/ gulten/ gesellen/ mit zeugen/ rechten/ vnd ande-
ren in allen vnd jeglichen Regalien/ Oberkeiten/ Herlichkeiten/ Gerichten/ Höheren/
Mittlern/ Niederen/ vnd sonst nach lauch vnd krafft der Brieffe ihme von Vns darüber
gegeben/ gewertig/ gehorsam vnd vnderthenig sein wöllet/ vnd söllent/ ohn alle wieder-
rede/ verzug/ intrag/ vnd geuerde/ des zu Vrkundt haben Wir Richard Erzbischoff ob-
genandt vnser Signet an disen Brieff thun drucken/ der geben ist zu Pfalsel vff dinstag
nach dem Sontag Mitercordia Domini im Jahr vnser Herrn / Tausent fünfß
hundert vnd sechs vnd zwanzig.

Latine sic sonat.

NOs Richardus Dei gratia, Archiepiscopus Treuirensis S. Rom. Imp. per
Galliam et Regnum Arrelatense Archicancellarius et Princeps Elector,
vobis Vasallis, Comitibus, Baronibus, Equitibus, Nobilibus, Militibus,
Armigeris, Ministerialibus et aliis, nec non omnibus et singulis Gubernatori-
bus, Rectoribus, Officiariis, Burggrauis, Scultetis, Præpositis, Maioribus, Iusti-
ciarijs, Aduocatis, Quæstoribus Iuratis, Procuratoribus, Centurionibus, Sca-
binis, Ciuibus, Suburbanis, Censualibus, Curtarijs, Colonis vel Villicis, subie-
ctis vel dependentibus laudabilis Monasterij Sancti Maximini extra Ciuitatem
nostram Treuirensis sitæ, denunciamus fauorem nostrum et gratiam, et hisce
notum facimus, Quod Reuerendus, Religiosus, dilectus noster, et deuotus
Ioannes Abbas dicti Monasterii vigore Rom. Regij antiqui et noui mandati et
litterarum, et speciatiui eius, quod ab omnium Serenissimo potentissimo Prin-
cipe Domino nostro omnium gratiosissimo D. Carolo Rom. Imperatore sem-
per Augusto nobis est factum et commissum, Regalia, Temporalitatem et feuda
sua à prædicto S. Imperio mouentium à nobis nomine et vice moderni no-
stri omnium gratiosissimi Domini et S. Imperij recepit; Quapropter tenore
eiusmodi litterarum et mandati, adiectæque grauis indignationis et pænæ, fe-
riò vobis omnibus et singulis antenominatis præcipimus, vt vos, et vnusquis-
que vestrum pro sua obligatione, præfato Ioanni Abbati ratione Monasterij
sui, tanquam vero, directo, naturali, et ordinario Domino suo per receptionem
et agnitionem feudalium promissionum, iuramentorum, hommagiorum, fide-
litarum, obligationum, seruitiorum, Redituum, Censuum, Iurium & aliorum,
in omnibus & singulis Regalibus, Suprematibus mero quoque & mixto Im-
perio summâ, mediâ, & infima Iurisdictione, et aliter secundum tenorem et vi-
gorem litterarum ipsi à nobis semper concessarum obtemperantes, obedientes

& subditi esse velitis & debeatis sine quacunq[ue] oppositione, dilatione, impedimento & difficultate, in cuius rei testimonium Nos Richardus Archiepiscopus prædictus, Sigillum nostrum hisce litteris curauimus imprimi, Datis Palatioli die Martis post Dominicam Misericordiæ Domini, Anno Christi millesimo, quingentesimo, vigesimo sexto.

56.

Inuestitura Ioannis Isenburgici Abbatis S. Maximini, quam per Procuratores à seipso, tanquam Archiepiscopo, & hac in parte Cæsareo Commissario accepit, Anno MDXLIX.

IOANNES Dei gratia sanctæ Treuirensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Sacri Roman. Imp. per Galliam & Regnum Arelaten. Archicancellarius, & Princeps Elector, ac Commissarius perpetuus à Serenissimâ inuictissimaq[ue] Cæsareâ Maiestate ad infra scripta deputatus, ad futuram rei memoriam vniuersis & singulis præsentibus & futuris notum facimus, Cùm Serenissimus & inuictissimus Princeps & Dominus, Dominus Carolus Quintus Romanorum Imperator semper Augustus, Dominus noster gratiosissimus iam pridem vestigijs Antecessorum suæ Maiestatis diuorum Imperatorum & Regum inhærendo, Nobis & Successoribus nostris: vt scilicet Treuironum Archiepiscopo, pro tempore Abbati Monasterij S. Maximini extra muros Ciuitatis nostræ Treuiren. Ordinis S. Benedicti, Regalia, Temporalia & feuda quæcunq[ue] sui Monasterij concedere, deque eisdem Abbates ipsos infeudare, seu inuestire, Imperatoris seu Regis nomine & auctoritate valeant perpetuo indulserit, vt in Imperialibus litteris nobis, Ecclesiæ nostræ & Successoribus nostris nuper datis claret, Sanctissimus verò Dominus noster, Dominus Paulus Papa Tertius motu proprio & ex certâ eius scientiâ dudum prædictum Monasterium Sancti Maximini nobis quoad viueremus, vnâ cum Ecclesiâ Treuirensi tenendum & possidendum eum gratiosa dispensatione commendauerit, prout in litteris Apostolicis desuper editis latius continetur; Ita quod duæ qualitates, & diuersa lura siue Officia, perpetui scilicet Commissarij & Commendatarij, hoc tempore in nostra persona concurrant, nosq[ue] vt Commendatarius propterea Venerabilem ac validos Dominos Ioannem à Petra Canonicum & Archidiaconum maiorem in Ecclesia nostra Treuirensi prædictâ, atq[ue] Henricum à Buchel Iurium licentiatum ac dicti Monasterij in temporalibus Officiatum, in Procuratores & factores nostros constituerimus, quibus dedimus in mandatis vt iuxta constitutionis suæ tenorem, dicta Regalia, Temporalia & feuda, sicut hætenus de antiqua & approbata consuetudine est obseruatum, rite & legitime procuratorio nomine peterent & reciperent, ac fidelitatis & obedientiæ Iuramentum debitum præstarent, vnde præmissorum intuitu nec non vigore huiusmodi Constitutionis; Et ne, vel Monasterium ipsum, aut Sacrum Rom. Imp. in Iurib. suis aliquatenus defraudentur aut damnum aliquod incurrant, Comparuerunt coram nobis, vt perpetuo Commissario, præmentionati Procuratores legitime constituti, prout de eorum mandato, publico instrumento per Notarium publicum infra scriptum desuper rogatum confecto & subscripto fidem fecerunt

legi